

VI
ly
ra
in
s
ret
ori
is

Santa Cruz

270

UVA. BHSC. 1yR_270

188
270

47e.





✠
AVLI

PERSII FLACCI SATI-

rae cū interpretatiōe Aeli Antonii

Nebriffensis grammatici atq; re-

gii historiographi. Adiecta est

insuper in fine operis Phis-

lippi Beroaldi prælectio:

cum poetæ vita atq;

q; satyræ expos-

sitione. Les-

ge scels-

citer.



Thales Antonij Hebris

sensis grāmatici in. A. Persij flacci satyras interpre-
tatio ad illustrissimū. Dominū. D. Ioannē de
Stunica cisterciensis militiæ Magistrum
quondam Dalcantara. nūc eiusdem
ordinis Præsulem amplissimū:
atq; Archiepiscopum His-
paleñ. Romanęq; eccles-
siæ Cardinalem dis-
gnissimum.



Demonuisti me identidē Pater amplissime
vt in. A. Persij flacci satyras cōmentarios:
certis quibusdam a te p̄scriptis legitis cō-
ponerem: vt breues: vt dilucidi: et quod bre-
uitati maxime repugnat: vt nihil quod ne-
cessarium esset omittēre: tales deniq; qua-
les illi fuissent: quos in opera Vergilij tuo
tussu perscripsimus. Dicebas nāq; te huius amarulētissimi si-
mul et festiuissimi poetę salibus intrum in modum delecta-
ctari: sed quibusdā in locis p̄ nimia difficultate atq; trās-
lationum que plerumq; exeunt in enigmata inuolucris deter-
reri. Addebas p̄terea legisse te quorūdam interpretum in
hoc opus enarrationes: perlongas illas quidem et que nōs
nūq; patientia lectoris abuterentur: sed que tibi interdum
minime satisfacerent: vtpote in quibus complura desidera-
tur. Ego verō tamen si eram occupatus atq; in medio cursus
feruore illius operis: quod de sacrarum litterarū grammati-
ce iam pridem parturio: non potui non obsequi imperio tuo
cui veluti mancipium deditissimum omnes diurnas et nos-
cturnas: omnes festas et profestas operas etiam sine diēsi-
so: sine diario: sine mercede vlla debeo. Itaq; experimēto di-
dici Thales illud esse q̄ verissimum necessitatem esse vtm

Thales et
calviro di-
gna sua.

Maxima: si cui velis nolis parandum est. Nec ignoro quante
 sit difficultatis poetas interpretari: hunc præsertim quæ tuis
 auspicijs tuoque imperio explicare aggredimur. Quante præ
 terea audaciæ possit tot præclaros viros quæ in hoc opere insu
 darunt: aliquid noui afferre. Quibus ego: quæ admodum con
 cedo eruditionem longe maiorem: atque plurimarum rerum
 cognitionem: ita illud mihi possum meo quodam iure ven
 dicare: quod est grammatici proprium: omnium prope clau
 sularum sensa exprimere: singulas particulas etiã illas quæ
 sunt in promptu per alias notiores aut eque notas expone
 re: orationis partes ordinare: et quod fieri Quintilianus præ
 cepit: quoties opus fuerit versus quosdam etiam paraphras
 si vertere. Quid quod et viri quidam doctissimi qui post il
 los præiores scripserunt: dum aliud agunt: quosdã locos præ
 ter aliorum opinionem interpretati sunt. vt quod Herimolaus
 barbarus in septimum librum naturalis historie Plinij ex
 posuit: ast illi tremis omento popa venter. quodque Angelus
 politianus in prima quam vnicam vidimus centuria argu
 mentum illius satyriæ cuius initium est rem populi tractas.
 et illud non in festuca lictor quam iactat ineptus illud. præ
 terea præsto est mihi manius heres progenies terre. et quod
 Philippus beroaldus in quibusdam suis annotationibus: Philippus
 qui præior es: cur me in decursu lâpada poscis. et illud in cal
 ce operis: inuentus chryssipe tui finctor acerui: et alij ite alia.
 Hos quoque nonnihil de nostro attulimus: ne penitus aliorum
 vestigijs insistere videremur. Sed de his hactenus: ne quod
 Aristote. veteri fieri: extra opera plura sint quæ opera.

Vale.

Alii Persij flacci: hic titulus duo qui sunt in cuiusque opibus
indice necessaria tagitur: auctorem videlicet et libri materiam.
auctor est. A. Persius flaccus poeta volaterranus: ut Aulus sit princeps
meus. quod in copiam sicut et alia prenoia coplura auctore Persia
no p. A. iter duo puncta debet scribi. Persius) proprii nominis loco
positum est. Et

iter Persius A. Persius flacci poetæ volaterrani satyrarum li
vir doctus ber. Vnicus incipitur foeliciter.

simus sub

Lucillus
Plinius
secundus.
Valerius
flaccus.
Dierony.

hac honoris p̄fatione a Lucillio poeta p̄m̄i: deinde a Cicero
ne et Plinio sc̄do celebrat̄. Flaccus) cognomen est Persij quæ
admodum et Horatii fuit: et Valerij flacci poetæ qui argonautis
câ scripsit: dicti sunt autem flacci: qui habebant aures demissas et
quasi marcescentes. Poeta) nomen p̄fessionis est. Volaterra
n) nomen p̄fic: fuit namque ortus volaterris siue oppido Thuscie
volutrenis: si Hiero. i. additamētis chronicoz Eusebij credis
m). Ipse t̄m̄ i vltima satyra significare videt se fuisse Lunesc:
cū dicit. Lunam portum est operę cognoscere ciues: dixissetque

Liberius
cesar.
Hero.

prius: hibernatque meum mare. Hæc est sub Tybe. cesare: mortus
sub Nerone: anno gratias. xix. eodē Hierony. auctore: scripsit
satyras magna cum laude: etiā Quintilian testimonio: qui oras
toziarum institutionum libro decimo his verbis scripsit. Multum et
verę laudis Persius vno libro meruit. Martialis quoque poe
ta de eodē: Septimo i libro memorat Persius vno: quæ leuis in
tota Marsus amazonide. Satyrarum liber vnus.) hæc est mas
teria. Sed quauis auctore Quintiliano satyra tota sit nostra.

Quintill.

id est latina: habet tamen originem a grecis ex comoedia p̄sca:
in qua floruerunt Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poe
te: quos Lucillus est imitatus: ut Horatius dicit: mutatis t̄m̄ numeris
pedibusque faceret: nam comoedię p̄sca scriptores trimetro iambis
co vsi sunt. Lucillus vero atque illi imitati Horatius Persius et Iuue
nalis carmine hexametro. Illa quoque differentia inter illos est:
quod in comoedia p̄sca iducebant personę rusticę veris nominibus sibi
inuitem p̄bra obijciētes: in satyra vero latina poetę inuehūnt in
personas partim suas: partim sub alienis nominibus: ut his accōmo
dari possit illud Mar. hunc suare modum nri vidicere libelli: par
cere personis dicere de vitis. Dicta est autem satyra a satyris i quibus
habitu tocantes rustici iduebant homini se carminibus lacessentes.

Horatius
Iuuenal.

Martial.

Epigramma.

DEc fonte labra. Carmen est trimetrū jambicū hippo-
nacticū: siue galliābon: siue choliābon: siue cilliam-
bon: siue scazon: habet enim in sexto loco spōdeū: cū archilo-
chium habeat jambū semper. recipit et alios pedes eorūdē
temporū sed non earūdem syllabarū. In hoc igitur epigrā-

Epigramma vice proemii.

Proludēdo docet satyrā se scribere posse.

NEc fonte labra proluī caballino.
Nec in bicipiti somniasse parnasso
Nemini: vt repente sic poeta prodire.

mate quod
proemij lo-
co ponitur
ofudit se nō
eo mō fa-
ctū poetā:
quo ceteri
qui finxerūt

rūt se deductos ab aliqua musarū ad fontes illis sacros: aut
somnialetale quā quale Ennii poeta: s; dicit se suo labore: et
studio mediocriter eruditū scripsisse carmina: lucri grā aut
fauoris apud principes conciliandi: dicit itaq;. Nec ego pluit las-
bra) idest laui et intinxi: hoc est degustauī. In fonte caballi-
no) idest pegaseo: hoc est quem ictu ungulę effodit pegasus
equus ille alarū: cū volans in helicone tandē monte cōstitisset:
hoc enim Hesiodus poeta de se finxit: quod cū pecudes in
vallibus ascreis pasceret: meruit colloq; musarū frui: atq; ita
deductū ad hippocrenen: idest fontem illū caballinū repēte
factū esse poetā. Caballino autē dixit et nō equino: quia satyr-
re: quod annotauit Persij ignoratū interpres: humilioza vba cō-
ueniūt: cuiusmodi est caballus. Juuenalis. ad quę gorgonei
delapsa est penna caballi: et Horatius. circūuectari caballo.
Nec meminī subaudi me. Somniasse in monte parnasso)
phocidis regionis est hic mons: qui atticā a boeotia disters
minat dicēte Ouidio. i meta. Separat aonios actęis phocis
ab oris: est autē sacer Apollini: et musis poetarū presidibus.
Bicipiti) idest in duos colles assurgenti. Ouidius vbi supra:
Mons ibi verticibus petiū arduus astra duob; noie parnas-
sus. Somniasse autē dicit: alludēs ad illud q; Ennii poeta
scribit in principio suoz annaliū: animā homeri ex pythagora
re palingenesia: idest regeneratione: in suū corp; fuisse tras-

Ennius.

Hesiodus
poeta.

Juuenal.
Horatius.

Ouidius.

Epigramma

missam: atq; ita factū poetā. (Ut sic) videlicet bibēdo ex fonte pegaseo: aut somniando. (Prodirem poeta repente) idest euaderē poeta nō adhibita eruditōe & doctrina: sed sola numinis inspiratione: aut pythagorea regeneratione. Heliconiadasq; sensus est ego relinquo heliconiadas: idest musas et poetarū

fictiones: il Heliconiadasq; pallidamq; pyrenen
 lis q; glie Illis relinquo: quorum imagines lambunt
 cupiditate Hederae sequaces. ipse semipaganus
 ducti scri
 bunt: ego ve

ro qui nō sum penitus litterarū sacrīs initiatus: afferō meū carinē. &c. dicit igitur. Ego relinquo heliconiadas). i. musas: quib; helicon boeotic; mōs cōsecrat; est: a quo & ipse heliconiades in forma patronymica sunt cognominat;. Pallidāq; pirenē scilicet fontem acrocorinthi: idest qui est in arce corinthior;: quā ab effectu pallidā dixit: quia studiosos poetas pallidos esse oportet: qđ vero pirenē musis peculiariter sacra sit nusquā legi: nisi qđ omēs fontes musis nymphisq; sacri sunt: quas poetę solēt plerūq; inuocare vt Vergili; in buccolicis. extremū hunc arethusa mihi cōcede laborē. Aduertendū tamen est versum hūc claudicare: qđ stare possit. addēda est q; particula post duos tribacos: vt dicam; heliconiadasq; pallidāq; pirenēq;. eadē ratione cōpletiuā ponitur qua apđ vergilii. O qui rex hominūq; deorūq;. & illud eiusdē dixitq; et pŕelia voce dixerunt. Illis quorū imagines) idest statuas que

hedes bac poetis insignib; in loco publico proponi consueuerunt. Hedcho poeta dere) q; baccho poetarū deo pŕesidi cōsecratę sunt: atq; propter rū deo pŕe de illis poetę coronabantur. Vergilius in buccolicis. pastoratę sunt. res hedera nascentē ornate poetā. (sequaces autem hederas appellat. i. serpentes. Vergili. inter vitricēs hederas tibi serpere lauros. Lambūt) idest leuiter tangunt. Sic vergili; ij. eneid. Lambere flāma comas. Ipse semipaganus) idest nō dū omnino musarū sacrīs initiat;. Nam pagan; proprie is dicitur qui nō est sacramento militię adictus: vt omēs homo Juuenal;. aut miles sit aut pagan;. Juuenalis. citius falsum pducere

Vice proemii.

testē cōtra pagantū possis: quā vera loquētē cōtra fortunā ar-
 mati. Jure cōsult⁹ quoq; in lib. digestoz. xix. si ignorās q̄s in
 liri quasi pagano locauerit. atq; i hac significatiōe ppe semp
 apd autores reptes. xpiani quoq; q̄ militare xpo dicunt: cete
 ros mortales paganos appellāt: quasi nō initiatos religioni

Ad sacra vatū cāmen affero nostrū.
 Quis expeditū psittaco suū chære?
 Picaq; docuit nōstra verba conari?
 Magister artis ingeniq; largitor
 Venter: negatas artifex sequi voces.

nre siue ml
 litie. Cln
 de hiero. in
 q̄dam epla
 ad Helio
 dorū scri
 bens: reco
 dare iquit

non salutationis
 i. sep. 52. Auebat
 Xpian⁹ p̄p̄e gratū
 si fingere me
 putat saluē me.

frater tyrocini⁹ tui diē: quo christo in baptisinate consepultus
 in sacramēti verba iurasti: et nūc donatiuum quod militatus
 rus acceperas hostilia castra suspirant. Ad sacra vatū cā
 men affero uostrū). i. ad sacra poetica quāuis ego ipse sim
 sempaganus. conferebant vero carmina sua poete in eadē
 appollinis et musarū: quā Augustus: vt autor est Suetoni⁹
 in palatio dedicauit: de qua Hora. scripta palatinus quecūq;
 q; recepit appollo. Quis expeditū) ea ratione significat se sa
 crum poetam: qua psittacus et pica compelluntur ad imitā
 das voces humanas: vt redeat ad illud vnde incēpit: nec
 fonte labra prolui caballino. zc. dicit igitur. Quis expeditū)
 (idest expeditum fecit. Psittaco) aui notē humanē vocis imi
 tatrici. suū chere. i. ingenitū et naturale. Sunt vero que
 dam littere quas psittaci nequeunt exprimere: duas vero sa
 cilime. chi. z. r. Hā q; Martiali in disticho cuius index est
 psittacus scribit. Psittacus a vobis alioz nomina discā. hoc
 didici per me dicere cesar aue: ad chere grecū referendū est:
 nisi forte ideo dicit vt principi blādiat. Et docuit picas) aues
 itē humanē vocis imitatrices. Marī. p̄ta loquat certa dñm
 te voce saluto. si me nō videas esse negabis aue. Conari). i. imi
 tari. Hra h̄ba). i. humana. Magister artis) respōdet q̄stioni.
 Clēter) inquit subaudi esuricens. Magister artis) idest qui in
 venit et docet omnes artes. Clergi. j. geoz. labor omnia vincit

Augustus
 Suetoni⁹
 Horatius

Martiali

Martiali

A iij

Improbis et duris vigēs in rebus egestas. Et largitor ingenij. i. q̄ facit homines ingeniosos. v̄ter dico. Artifex seq̄. i. ad sequendū. Voces negatas) subaudi a natura. simile est illud

Juuenal.

Juuenalis si natura negat facit indignatio versus. Quod si) ex p̄dictis ifert: q̄d spe lucri p̄posita: etiā ineptissimi q̄q; carmina egre

gia component. dicit Quod si dolosi spes refulserit nummi:

itaq; . Q̄d. Coruos poetas: & poetidas picas

p̄ sed. Si Cantare credas pegaseum mellos.

Satyra prima.

Prima poetarū mores & tempora monstrat.

O Curas hoīm: o quātū est ī reb; inane.

Quis leget hęc? mīn tu istud ais: nemo hęcule nemo.

fos facit: se

Vergill.

cundū illud. Vergillij. iij. eneidos. q̄d nō mortalia pectora cogis auri sacra fames. (Refulserit). i. fuerit proposita quod ad auri splendorē est referendum. (Credas). i. tu credere possis.

Martial.

(Coruos poetas) aues itē sermonis humani imitatrices: v̄n; de Martialis coruum salutatozē cognominat. Et picas poetidas) a poetes. ē. quod est masculinū poetis. idis. erit foemininum: sicut a p̄phetes. ē. prophetis. idis. (Cātare) subaudi posse. Mellos pegaseum). i. carmen poeticū: q; vt diximus

Angelus

pegasus equus alatus fontem illū hippocrenē musis sacrū ictu pedis elicit. Angelus politianus codices vetustos ostēdit in quibus pro mellos carmen erat scriptū: idq; ratio carminis iābici hipponactici exīgebat.

bermolaz.

Sed Hermolaus barbarus non minoris auctoritatis v̄r Homeri carmen affert ex hymnis illius: in quo mellos primam producit. Quare lectio cōmunis defendēda est & mellos per duplex. l. sribēdū. vel ita legendum. Cantare pegaseum mellos credas.

O Curas hominū. cū poetę satyrici sit hominū peruersos mores infectari: ab eo in quo poetę ipsi maxime peccāt: initū facit: ostēdēs eos magis ex vulgi opinione quā ex re ipsa laudē querere. Principio igitur inducit P̄rersi quē

piā examinis dehortātem illū atq; deterrentē a satyra scribē
 da: ex eo qđ nemo illi⁹ opera leget. dicit igitur amic⁹ ille. **Q**
 curas hominū) idest o inanes hominū cogitatiōes: ⁊ est abs
 soluta cōstructio: habetq; vim admiratiōis simul ⁊ indignas
 tionis. sic infra o mores. vsq; adeo ne scire tuum nihil est. **Q**

quātū inas
 Vel duo. vl. nemo: turpe & miserabile. Quare: ne) idest va
 Ne mihi polydamas & troades labeonem nitatis. Est
 Pretulerint: nuge. non si quid turbida roma (in reb⁹) scis
 licet huma
 nis ē quā

simillimū et qđ scribit concionator noster. vanitas vanitatū
 et oīa vanitas. ⁊c. Quis leget hęc) subaudi qđ scribis o Persi.
 q. d. cum autores ea gratia scribant vt ab alijs scripta sua le
 gatur: vanū autē sit quod finē suū nō consequitur frustra scri
 bis. Min tu istud ais) respondet Persius. Min inquit) pro
 mihi ne o amice. Ais istud?) q. d. id mihi exploratum est. sic
 enim de re manifesta loq; solem⁹. Nemo hercule nemo) sub
 audi leget vel duo vel. tres voluit dicere: sed quia multum
 erat tres legere: suppressit. Nemo) subaudi intqs leget tua
 carmina o persi: legēdū est interrogatiue. Turpe ⁊ miserabi
 le) nā laborare in eo opere qđ nemo aut pauci legant: turpe
 est ⁊ ignominiosum ⁊ miserabile. i. cui⁹ infoelicitati sit mise
 rendū vt turpitudine referat ad culpā: infoelicitas ad fortunā.
 Quare) verba sunt persij ad monitōrē suū. quare inquit est
 turpe ⁊ miserabile carmina mea a nemine aut a paucis les
 gi: an idcirco est turpe hoc ⁊ miserabile qđ Polydamas et
 troades platuri sunt meis carminibus labeonis opera: (ne
 polydamas) inquit: hęc troianus fuit vīr nobilis ab homero
 in iliade celebrat⁹: per quē videtur poeta intelligere neronē:
 sicut per troades romanos: quoz nobilitas a troians habet Iuuenal.
 originē sic Iuuenalis. i. ubet a p̄conevocari ip̄os troiugenas. Nuge nī
 Sed aduertēdū qđ genere muliebri appellavit illos troadas hil agēdo
 quasi foeminas potius q̄ viros: sic Vergili⁹ o vere phrygē: qm̄ qui nu
 neq; em̄ phryges. Pretulerint mihi labeonē.) poetā nescio gatur nī
 quē qđ tunc erat in manib⁹ atq; ore romanoz. Nuge) subau
 hil agit.

di sunt hec oia. dicunt aut nuge a nihil agendo: nugas igitur agit qui ex iudicio multitudinis imperite carmina sua vellet estimari: quare ad seipsum: oia referenda esse dicit: vt est Seneca in epistolis ait: non est q te gloria publicandi ingenij pducatur in mediū vt recitare istis velis. Cui ergo inquis ista didici: non

est q times Eleuet: accedas: examē ve improbum in illas ne operā perdidisti: si tibi didicisti. Eleuet: accedas: examē ve improbum in illas ne operā perdidisti: si tibi didicisti. Eleuet: accedas: examē ve improbum in illas ne operā perdidisti: si tibi didicisti.

Democri:

tus ait vn^o mihi p populo est: z populus p vno: z q sequuntur. Si roma turbida). i. que in iudicando de reb^o claritate rationis non vtitur. Eleuet quid). i. extollat z laudib^o in cœlū efferat. Nō accedas). i. laudib^o illi^o nō cōsentias atq; e contrario si dep^omat qd: nō te moueat z pturber. Nō castigēs examē) examē est i statera filū illū quo ostēdit: qñ ea q appēdūtur in bilancib^o sunt equalia: hic aut p examē improbū corruptū romanorū iudiciū significat: vt sit sensus: nō castigēs. i. bñ castigare nō poteris. Examen improbū). i. corruptū iudiciū. In illa trutina) scz romanorū: i qua nō bñ res neq; p meritis estimāt Cerg. i viro bono. iusto trutinē se examine pēsat: ne qd hiet: neu qd pturber āgul^o cōq; ptib^o vt coeat: ne qd deliret amissis. Nec te qsiueris extra) subaudi teipm: ac si dicat: teipm cōsule: teipm iudica: z sola recte factorū cōsuetū fructu. Nā romę est qd nō: debere quēq; ppli iudiciū spectare dixit cui subdit causā dicēs. Nā romę est qd: nō subaudi asini: qd est aial stolidū: ac si dicat inept^o iudex: sed q nimis pccaciter dicere subtricit redditur in ista cū dicet auriculas asini qd nō habet: At si fas dicere). i. tā infami appellatiōe illos notare. Sz fas) subaudi est sic illos appellare. Tūc cū ad caniciē) excusabiles essent romani: si p etatē erraret tū in iudicādo hū etiā scribēdo: nūc vero etiā senes codē ignorātie morbo tenēt: vt merito debeāt asini appellari. Cū asperi inq^o). i. cōtēploz z cōuerto me. Ad caniciē). i. ad senes canos. Et nūm istū viuere

Quid sit
examen.
Cergili^o

Prima.

triste). i. ad hanc vitam nostram triste: hoc est ad homines quosdam graves
 ues et seueros. Et ad ea quaecumque facimus. i. sacre debemus.
 Relictis nunciis. qui ludus puerorum est ut ludant nunciis par
 et impar. Tunc enim ut ait Horatius. seria querere debemus. nā Horatius
 edificare casas: pro stello adiungere mures: ludere par impar:

Aspexi: & nunciis facimus quaecumque relictis: aridine lo
 Cū sapimus patruos: tunc tunc ignoscite. nolo. ga: si quez
 Quid faciam: sed sum petulantis splene cachinno. barbatum
 Scribitur inclusi: numeros ille: hic pede liber: delectat a
 Grate aliquid quod pulmo animae prelargus ahelet mētia psat.
 Cum sapi
 mus patru

os). i. sapientiam patruorum referimus. nā pueri apud patruos edu
 cabantur. Horatius me uentes patruum uerba lingua. et alibi: Horatius
 ne sis patruus mihi. Tunc tunc ter dixit ut indignationem
 expumeret: sed turpitudinem suppressit: intelligendum tamen est
 sumus asinis stolidiores: et ineptiores iudices. Ignoscite sub
 audi mihi si turpitudinem uestram recepero. Nolo subaudi rete
 gere. et sunt uerba dubitatis loquatur ne an sileat. et ideo sub
 dit. Quid faciam: sed tandem eligit alteram partem deliberationis:
 hoc est romanorum mores atque corrupta rerum detegere iudicia:
 ut inde sibi risum excutiat dicēs. Sed sum cachinno). i. ridi
 bilis: nā cachinnari est solute atque immodice ridere: unde
 cachinnones dicti. Petulantis splene) id est lasciuo et in risum
 prurienti. Nam ut scribit Plinius naturalis hystoria. li. xi. sple
 siue lyē risus atque iocorum sedes est. Scribitur inclusi) in quo
 romani minus sapiant: illud uidelicet est quod scriptores pa
 rant atque componunt se iudicio vulgi: ut inanem fauoris auram
 inde aucupentur: aduatores uero adulationi subseruiunt: atque
 ita ex equo utriusque peccant: quare in utrosque poeta inuehitur: ut
 est igitur. Nos inclusi). i. a turba remoti. Scribitur aliquid gra
 de). i. stilo gradiloquo et turpido. per parabellum uero partes
 plepsis explicauit dicēs / ille numeros. i. uersus quod numeris
 syllabarum et temporum consistat. Hic pede liber). i. solutus lege car
 minis. q. d. in psalms ofone. Quod pulmo prelargus anime). i.

aeris quē largiter spiret. Anhelet). i. cum anhelitu resonet. sic
 infra. Tu neq; anhelātī coquitur dū massa camino solle pres
 mis vētos. Scilicet hęc populo) subaudi q̄ sequitur: nam su
 periora ad se tantū poterant pertinere: nisi etiā velis z illa res
 citationis grā parari. vti autē tanto apparatu fauoris plebet
 gratia cōci

llādī nō po. Scilicet hęc populo. pexus togaq; recenti
 test rep̄hen. Et natalicia tandem cum sardoniche albus
 siōe carere: Sede legēs celsa liquido cū plasmate guttur:
 cū p̄sertim. Mobile coluerit patrantī fractus ocello.
 ex tā mol- Hic neq; more p̄bo videas nec voce serena
 li et lasciu. Ingentes trepidare titos: cū carmina lum̄bū
 recitatione. Intrāt: & tremulo scalpūtur vbi ītima versu.
 auditores i
 libidinē ex

Martial.

Illis verbis cōceptā p̄urāt. Dicit igit. Cū per) subaudi poe
 ta aut capillos habens pexos vel perus. i. pexat: hoc est ve
 ste pexa indut. Martialīs pexat) pulchre rides mea z oile tri
 ta. Et alb) .i. veste alba indut. Toga recētī) idest noua. Cū
 sardoniche) lapillo p̄cioso sardiū z onycha representās. Na
 talicia) idest qua solis natalibus utebatur: aut die natali sibi
 dono data. Tandem) ad morā ornatus referri potest. vt Ver
 gili) tandē progrediū magna comitāte caterua. Sede legēs
 celsa) idest in cathedra recitās sua carmina. Et fractus) idest
 euirat) effœminatusq; voce muliebri. Ocello patrātī) idest in
 recitationē quasi rē venereā perficienti quod in oculis ludibū
 dis maxime cognoscitur. Cum) prius. Colluerit) idest la
 uert. Guttur mobile) idest flexibile ad voces formandas.
 Plasmate liquido) idest portione liquida ad vocē mollien
 dam flectendamq; sumpta: dictum est autem plasma a plas
 mo quod est forma. Hic) idest tunc cum a poeta recitāte ta
 lia fiunt. Videas) videre possis. Titos ingentes) ciues ro
 manos sic dictos a tutando reimpub. Trepidare) idest p̄u
 ritu libidinis titillare. Cum carmina) idest quia carmina:
 nam cum coniunctio est causalis hoc in loco. Intran lum
 bum) idest penetrant in ipsam libidinis sedem. Et vbi intū

Vergili).

ma scalpuntur) sumptum est ab ijs qui scabiosi cum sint dulcedine scabendi fruuntur. Versu tremulo) idest qui voce tremula et infracta in aures auditoris descendit: aut versu tremulo idest titillatore membrorum. Tun vetule) in ipsum poetam quasi autorem tanti mali inuehitur: cum presertim senex

fit: dicitur
tur. Tu ves
tule) pro tu
ne o senex:
et respicit
ad illud quod

Tun vetule auriculis alienis colligis escas:
Auriculis quibus? & dicas cute perditus ohe
Quid didicisse: nisi hoc fermentum: & quod semel in

supra dixit tunc cum ad canicem. Colligis escas) idest queris materiam et fometa libidinis. Auriculis alienis).i. ut alios incites in libidinem: quod turpius est quam si teipsum incitares. Auriculis quibus) capite cassanti hoc proferendum est: quasi dicat: que libentissime huiusmodi illecebras auditurę sunt: vel ad illud referendum est quod infra diciturus est: auriculas asini quis non habet: ut sit auriculis quibus/ ut intellegas illos esse iudices ineptos: quibus talia deferantur. Et perditus cute) idest nimio studio habens cutem pallore ac macie deperditam. Dicas ohe) vox bacchantium est: quales se poetę nonnunquam fingunt: hoc est bacchi numine inflammatos: ut Horatius ohe recenti mens trepidat metu: et Juuenalis: satur est cum dicit horatius ohe. Quid didicisse) verba sunt poetę qui laudis cupiditate ductus scribit recitatque carmina sua: et respondet ad ea que Persius in illum fecit. Quid didicisse) subaudi tuuat me: aut pdest mihi. Nisi hoc fermentum: idest hec mea scientia: que quasi fermentum in massa panis fecit tumorem: ita me cogit in aliquod opus componendum erumpere. Et caprificus) solent caprifici inter saxa edificiorum nasci: illaque dissimulare. Martialis marmora messalę findit caprificus: et Juuenalis ad que discutienda valent steriles mala robora fici. Que semel intus innata est) idest intraviscera mea est genita: idest scientia acquisita sine fructu glorie. Exierit).i. in publicum prodierit. Nam ut ait Seneca in epistolis: non me vlla res delectabit licet eximio sit et salutaris: quam mihi vni scituro sum:

Horatius
Juuenal.
Martial.

Juuenal.

Seneca.

¶ cū hac exceptiōe detur sapiētia: vt illā inclusam senēa: enī
 clem reijciā. (Rupto iecore) idest ruptis precordijs quo pacto
 caprificus cū ex iuncturis erumpit discutit saxa. En pallor)
 verba sunt Persij in ambitiosum hūc poetā: dicitq; illū nō
 recte facere: q; cū sit senex ob eā causam debeat studijs im
 pallefcere.

En pallor Innata est rupto iecore exierit caprificus? *canaygo*
 senūq; id: En pallor seniumq;: o mores: vsq; adeo ne
 est en poe: Scire tuū nihil est: nisi te scire hoc sciat alter?
 ta pallidus At p̄chrū est digito mōstrari & dicier hīc ē.
 z senex: tur Ten cīratorum centum dictata fuisse
 pls scilicet Pro nihilo pendas? Ecce inter pocula querūt
 causa cur Debeat pal

lere. O mores) subaudi perditos z corruptos: z est cū excla
 matōne simul et indignatione proferendū: Martia. dixerat
 Martia. o mores o tempora. Tullius olim sacrilegum strueret cum
 Tullius. chatilina nefas. Usq; adeo ne) idest in tātū. Tuū scire) idest
 tua scientia. Nihil est) idest nihil vtilitatis aut voluptatis af
 fert tibi. Nisi alter sciat te scire hoc) subaudi quod scis: cū po
 tius: quēadmodū ab initio dixit: nō debeat q̄rere se extra se:
 neq; qd alij sentiant curare. At pulchrū est) verba sunt poetę
 ambitiosi pulchrū inquit est: atq; p̄inde appetendum. Non
 strari digito) subaudi p̄tereuntū: sic Horati⁹ car. quod mō
 stror digito p̄tereuntū. Et dicier pro dici ab omnibus. Nō
 est) digito me designando hīc est inquit ille: qui opus carmi
 ne composuit. Et pro nihilo pendas) idest nihil estimare de
 bes: Ten pro te ne. hoc est opus a te compositum. Fuisse di
 ctata) idest quę pueri p̄ceptoribus reddant. nam cum sit di
 ctare dicere: quę alij excipiant siue notis: siue vt repetant: di
 ctatum erit quod pueris ediscendum a p̄ceptore proposi
 tum est. Juuenalis. donec peragat dictata magistrī omnia.
 Centum cīratorum) idest puerorum: qui cīros: idest crines
 ad duo de vigesimum annum nutriebant: qui z capillati et
 criniti et cincinnati ex eadem causa dicebantur. Ecce inter
 pocula) eos reprehendit: qui in conuulsijs de poetarū carmī

Martia.
 Tullius.

Horatius

Juuenal.

vobis iudicant: quod sincere non potest fieri: quia ut dicit
 Horatius: male verum examinat omnis corruptus iudex. Horatius
 Ecce romulide) idest romani quorum fuit conditor romus male verū
 lus: quemadmodum a cecrope cecropide athenienses dicti examinat
 sunt. Saturni quo tempore minus bene possunt carmina pēsi ois corrup
 culate iudi p^o iudex.

Romulidæ satiri quid diu poemata narrent. care. Que
 Hic aliq̄s cui circa hūeros & ianthina lena est, rūt inter se
 Rancidulum quiddam balba de nare locutus disputant.
 Phyllidas hypsipylas: vatū & plorabile si qd Poemata
 dia).i. diu
 na: aut de

rebus diuorum et heroum scripta. Quid narrent, quid di
 cant et contineant. Sic) idest tunc. Aliquis ex numero cons
 uiarum. Cui lena Ianthina) idest vestis coloris violacei:
 nam ion est viola. anthos flos. cuius color vestibus in deli
 cijs nomen dedit: vt ianthine appellarentur. Martialis coc
 cina famose donans & ianthina meche. in sacris litteris vbi
 cunq; color hyacinthinus: emenda tu ianthinus. Est circa hu
 meros) idest qui veste violacea est inductus: ac per hoc nos
 bilem fuisse significat. Locutus quiddam rancidulum) id
 est quod quasi cibus rancidus fastidium alijs mouere pos
 sit: vt fit translatio saporis ad vocem. Eliquat. de nare
 balba) quia emitendo spiritum per nares videtur balbuti
 re. idest gracili et delicata voce profert: sumptum ab ijs
 qui per colum aut cribrum aliquid secernunt aut colant.
 Vergilius in moreto. foraminibus liquatur emundata ce
 res. Phyllidas idest elestias factas de phyllide regina thra
 cię que cum demophontem Thebet filium hospicio pri
 mum: deinde thalamo suscepisset: profectus ille Athenas
 cum se ad constitutum tempus rediturum polliceretur: ne
 q; id prestitisset: illa more impatiens vitam laqueo finit.
 Hypsipylas poemata de hypsipyle thoantis filia: que cum
 Iemni regnaret Jasonem ad colchos proficiscentem hospi
 tio suscepit: atq; illo deinde marito vta est. qui victor at
 q; coniugij pristinū immemor cum medea in patriam redijt.

Et si quid idest si aliquod poema. **Clatum** idest poetarum.
Est plorabile idest flebile: significat autem elegum carmen
 quod de rebus flebilibus est. **Et supplantat verba** idest ex-
 tenuat in modulationē quādā vocis rigorē. **supplātare** nāq;
 est defraudare atq; diminūere. **Palato tenero**. i. molli et es-

sceminato:

vt vocis lei Eliquat & tenero supplantat verba palato.
nocinto au Affensere viri. nunc non cinis ille poetæ
ditiori au Fœlix: nō leuioꝝ cippus nūc imprimit ossa:
res ōmul Laudant conuīuæ: nunc non e manibꝯ illis:
ceat. Assē- Nunc non e tumulto fortuna taq; fauilla
sere viri). i. **Nascuntur violæ: Rides ait: & nimis vncis**
cōiue af- **sensum p̄**

buere applaudendo poetę recitanti. **Hunc non** verba sunt
 cōiuarū in laudē poetę mortui cuiꝯ carmina sunt recitata:
 dicentū vt illius manes quēadmodū nos dicere solemꝯ: re-
 quiescāt in pace: & ossa molliter iaceāt. **Cinis ille poetę** cuiꝯ
 carmina modo audiuiꝯ. **Non est nūc fœlix:** ac si dicat est
 p̄fecto fœlix. **Et cippus** idest tymba siue tūba sic enim grę-
 ce & hispane dicit lapis q̄ sepulchro sup̄ imponitur: interdū
 p̄ loco sepulchri: vt apud Horatiū in primo sermone: mille
 pedes in frontē: necētos cippus in agrū hic dabat. **Non im-**
 primit nūc ossa leuioꝝ: pro leuitus: quasi dicat: sic p̄fecto est
 quod terra nūc est illi leuitus: id quod in omnibus sere monu-
 mentis sepulchroꝝ legimꝯ. **H. S. E. S. T. L. L.** hoc est. **Hic**
situs est. sit tibi terra leuis. **Laudant cōiue:** et addūt sup̄pic-
 ribus. **Non nascuntur nunc violę.** i. flores: vt sit species pro-
 gñe. **E manibꝯ illis** idest ex sepulchro dijs manibꝯ sacro. **Et**
ex fauilla fortunata idest ex cinere & ossibꝯ hoīs fortunati. ac
 si dicat deberēt p̄fecto nasci. qđ perinde dictū est quasi florū
 odor pueniret ad mortui sensum. **Iuuenalis** dijs maiorū
 bitis tenuē & sine pōdere terrā spirātesq; crocos & in vna ppe-
 tuū ver. i. vernos flores. **Rides ait** inducit **Persius** quēpiā
 qui poetę illiꝯ q̄ tantopere laudatur partes tueatur. **Sit** ille
 poetę defensor. **Rides** scilicet o **Persi.** **Et indulges nimis**

De sit lit:
tere sepul:
chroꝝ.
H. S. E.
S. T. L.
L.
Iuuenal.

Prima.

Id est das operam. Naribus vncis) id est subsannationib) hoc
 est rōchis nos; suspendendo: vt ait Horatius. naso suspendis
 adunco. An erit) subaudi quispiam. Qui recuset) id est neget.
 Uelle meruisse os populi) id est laudes meritas a populo
 consequi. Et qui locutus digna cædro) id est eternitate: cædro,

Horatius

Naribus indulges. an erit qui velle recuset
 Os populi meruisse: & cædro digna locutus
 Liq̄re nec scōbros metuētia carmina nec th)⁹
 Quisquis es o mō quē ex aduerso dicere feci:
 Non ego cum scribo: si forte quid apti⁹ exit:
 Quādo hęc rara auis est: si qd tamē apti⁹ exit:

em siue cę
 dreleo hoc
 est oleo cę
 drino perū
 gebāt char
 tē ne tines
 is ⁊ blatis
 pertūderē
 tur: aut ca

riē sentirēt idq̄ cędr⁹ prestat. Mart. ad librū suū cędro. nunc
 licet ambules perunct⁹. ⁊ Horati⁹. speramus carmina fingi
 posse linienda cędro. Linq̄re) subaudi neget post mortem.
 Carmina nec metuētia) scombros) pisces salios ex genere
 halecum: qui acetarijs chartis inuoluti vēdebātur: in quos
 vsus damnabantur chartę inutiles. Martialis ad librum
 suū. nec scombis tunicas dabis molestas. Nec thus) id est
 vnde fiant cuculli: in quibus inuoluitur thus. Martialis
 Idem ne thuris piperis ve sis cucullus. est autem cucullus
 charta in speciem cuculli formata: hispane dicitur alcartam.
 Quisquis es) alloquitur illū quē induxit partes ambitiosi
 poetę tuentem. respondetq̄ ad illud quod dixit: an erit qui
 velle recuset: fateturq̄ se nō ab humanitate alienū: vt si quid
 recte fecerit: recuset laudari: sed q̄ nō in eo debet cōstitui finis
 benefactorū operum: sed in rei recte factę cōscientia. Dicit igt
 tur. O tu quisquis es quē feci) id est finxi. Dicere ex aduerso)
 id est mecum disputātem: subaudi intēde rationi mee. Ego
 non metuā laudari) id est non fugio laudes. Si cum scribo)
 id est aliquod opus cōpono. Aliquid exit aptius) id est aliq̄
 carmen concinnius ⁊ elegantius prouenit. ⁊ per parentelinā
 interponit. Quādo hęc est rara auis) id est raro cōtingit ali
 quid perfectū posse fieri in quouis genere; quemadmodum

Martial.
 Horatius.

Martial.

Martial.

B

Iuuenal.

phoenix est rara avis aut cigno niger Iuuenalis. rara avis
in terris nigroq; simillima cigno: deinde repetit si quod tamen
aptius erit. Iuuenalis. Rara avis in terris nigroq; simillima
cigno: deinde repetit: si quid tamen aptius erit. Neq; enim fibra
est mihi cornea). i. nō habeo precordia adeo dura: ut non tan
gar laudis

cupiditate: Laudari metuā: neq; em̄ mihi cornea fibra ē
p̄fertur il: Sed recti finemq; extremumq; esse recuso
la q̄ virtutē Euge tuū: & belle. Nā belle hoc excute totū:
sequitur: itaq; Quid non intus habet? Non est hic istas acci
vmbra cor: Ebrīa veratro: non si qua elegidia crudi
p̄: fibra nā Dictarunt proceres: non qcquid deniq; lectis
q; dicitur q̄ sanies. i. im

Martial.

perfecto sanguis per corp⁹ diffunditur: sicut sanguis per ves
nas: spirit⁹ per arterias. sed peculiariter fibz de iecore dicitur:
tur: vbi sunt cōplures huiusmodi meatus. Sed recuso: id est
nego. Euge tuū: & belle) aduerbia sunt applaudentis alicui
poete: ut infra euge poeta: & Martial. Effecte grauit̄. cito.
nequiter. euge. beate. Ergo euge tuū: & belle) id est tuas (istas
laudes. Nego esse finem recti & extremū) id est vitimū & sum
mum bonum ad quod omnes tuos labores referre debeas:
ac si dicat. nō in eo cōstituere debes fructū vlgianū tuarum
ut ab alijs lauderis: sed ut cōscientia recte facti operis fruas
ris. Nam excute totū hoc belle) id est examina istas laudes:
et est sumptū a saccis: quos excutim⁹ ut sciam⁹ quid intus
cōtinent. Quid non intus habet?). q. d. plenū est adulatione
atq; misera ambitione. Nō est hic istas) sensus est in carmin
ibus meis nihil tale est: quod plausus & vulgi acclamatio
nes expectet: quod alij poete aucupari solēt. Nō est hic istas
acci) tale quidam quale in poemate accij poete qd istas hoc
est de bello troiano inscribitur. Ebrīa veratro) id est plena bel
leboro quo se purgabāt: q̄ subtile aliqđ opus scripturi erant:
hoc se carneades purgavit cōtra stoicos disputatur⁹. Et non
sunt hic elegidia. Si qua elegidia crudi proceres dictarunt)
id est elegie: nā elegidion diminutiū est ex forma greca pro

parua elegia. Et proceres crudos appellat/qui ppter nimis
studium laborantes cruditate stomachi non bene cibos concoq
bunt. Et non est hic. Quicquid scribitur in citreis lectis) idest in
tabellis ex materia citri arboris prectose in quibus foli proceres
solent scribere. Ex citro autem tabellas principibus fieri solitas

Scribitur in citreis. Calidum scis ponere sume: r^o scribitur in
Scis comitem horridulum tu ita donare lacerna: fabula bel
Et verum inquis amo: verum mihi dicito de me: lerophon a
Qui potes vis dicam: nugaris: cum tibi calue tis: quando
ad lyciorum
regem mi

sus est: in disticho Martiali. Cuius lena est pugillares citrei. se. **Martial.**
cta nisi in tenues essem ligna tabellas: essem libyci nobile
datis opus. Calidum scis) sensus est: non posse fieri ut hic scias:
qua opinione sit apud alios: cum muneribus precorrupterit client
tes et amicos: quod verum illi dicturi erant. Scis ponere) scilicet in coe
na comitibus. Sume calidum) quod salebatur ex porce pumipare
papillis: res in maximis delicijs apud iRo. **Martial.** de su- **Martial.**
mine esse putes: nondum sume sic vberem largo effluit et viuo la
cte papilla tumet. Et scis donare comitem horridulum) idest fri
gore horrentem. Lacerna trita) idest veste longo usu consumpta.
Et postea quod id fecisti. Inquis amo) bladietis est sicut et ama
bo. **Martialis** dic verum mihi marce dic amabo nil est quod ma
gis audiam libenter: vero verius ergo quid sit audire: verum attice **Martial.**
non libenter audis: dicito mihi verum de me: idest de carminibus
meis. Quid potes) idest quomodo est possibile dici tibi ve
rum: cum amicos precorrupteris. Vis dicam) subaudi verum
ego qui non sum corruptus tuis muneribus. Nugaris) idest
nugas agis: hoc est nihil: nam illud est nugari. Cui o calue
idest o senex: ut supra tum vetule. Aqualiculus pinguis) idest
venter in quem sordes confluunt: sed hic pro ventris abdominis
ne ponitur. Extet) idest promineat et protendatur tibi. Sesquis
pede) idest pede et dimidio: ut sesquialteris: sesquimodis: un
de et sesquialtera proportio arithmetica dicta: quod aliquis nu
merus contineat alium et eius dimidium: ut sex: quattuor et duo.

Satyra

Plinius. Propenso) idest propendēti: et alludit ad illud quod Plinius in historia naturali scribit: minus ingentiosos esse quibus ventus ter est pinguis. O iane) sensus est: miseri sunt homines qui sic decipiuntur ab ijs qui illos debuerant veritatis admonere: cum absentes et post tergum ab alijs irrideantur: ianus autem fo-

*cioniam appellat
gias in foemas
ciconia) cets
gens dicitur
versionis apud
calap. in uo
info, is,*

lix q̄ in oc-
cipitio quo
q̄ habet o-
culos: neq̄
illi possit il-
ludi. O ias-
ne) subau-
di te appel-

Pinguis aqualicul⁹ propēso sesquipedē extet.
O iane a tergo quem nulla ciconia pinxit:
Nec manus auriculas imitata est mobilis albas:
Nec lingue quantum sicut canis appula tantū.
Vos o patricius sanguis quos vivere fas est:
Occipiti cæco posticæ occurrite sannæ.

lo foelicē. Quem nulla ciconia) idest manus formata in speciem ciconiæ. Pinxit) idest tūdit et percutit: nam pinsere apud antiquissimos erat pistillo frumenta in mortarijs contundere: ut ex ea farina pulvis facerent: postea vero pinsere ad panis faciendū rationem translatum est. A tergo) ab occipitio fieri ijs quos illudimus: per quos intelligimus eos qui non curant quid de se absentibus dicatur. Nec manus mobilis) idest a tergo quoq̄ agitata. Imitata est auriculas albas) idest asininas quæ pilos habet albos in parte interiori: unde

Quidius.

Quid. xi. meta. de mīda cui apollo aures asininas dedit. vili-
lisq̄ albensib⁹ implet: instabilesq̄ illas fecit et dat posse mo-
veri. Nec tantum lingue) subaudi exerte profertur tibi a ter-
go. Quantū canis appula sicut) idest quantū in siti canis ap-
pula linguam exerit. Apuliā nāq̄ siticulosam appellat Ho-

Horatius.

ra. hoc est in aquosam et aquis carētē. Vos o patricius) sed
esto inquit alij versentur in hoc errore: atq̄ sui ignorantia.
o vos sanguis patricius: idest vos romani qui originē a pa-
tribus hoc est senatorib⁹ trahitis et est nominati⁹ pro voca-

Virgili.

tivo: ut Virg. vi. cxi. Sanguis me⁹ (quos est fas vivere) idest
immortales esse. Occurrere sannæ posticæ) idest subsannatiōis
quæ post tergū vobis sit. Occipiti cæco) quasi dicat. cum in oc-
cipitio oculos non habeatis: providete ne post tergum hoc

Prima.

est absentib⁹ vobis detrahatur. Quis populi) vba sunt poe-
te ambitiosi cōsulentis amicū: quid populus de illo sentiat.
Quis populi sermo est) scilicet de me? Quis enim) respōdet
amic⁹ adulator. Quis enim subaudi esse debet sermo de te:
nisi id quod est scilicet, Carmina) tua. Nunc demum fluere)

Quis ppli fmo est: qs em̄ nisi carmina molli cū āte bac
Nūc demū numero fluere: vt p læue seueros oim alioꝝ
Effundat iūctura vngues, scit tendere versum poetaz sue
Non secus: ac si oculo rubricam dirigat vno. rint dura.
Siue opus in mores. in luxū. in prādīa regū: (nunc mol
Dicere res grandes nostro dat musa poetæ. li) idest ver
Ecce modo heroas sensus afferre videmus: suauī: et vt
ostēdat car

minis equalitatē z pulchram deductionem: vtitur duabus
translationibus: altera que sumpta est a marmorarijs: qui
excudunt quadrantq; lapides ad amussim: ita vt iunctura
non appareat ideo dicit. Ut iunctura: idest verborum coag-
mentatio. Effundat: idest non admittat. Ungues seueros: id
est quātūvis rigidos z acutos. Per læue: idest per iūcturam
in qua nō est rima: aut quicquā hians aut prominēs. Læue
enim per diphthongō planum tersumq; significat. Scit tens
dere versum: Altera translatione vtitur sumpta a fabris li-
gnarijs. et sunt vba adulatoris. Jam nō ad ipsum poetā am-
bitiosum sed ad alios de illo. Nam a secūda persona transi-
uit ad tertiam. Scit tendere versum: idest dirigere z ordina-
re. Nō secus: idest nō aliter. Ac si dirigat rubricā: idest lignū
ad rubricę lineā. Uno oculo: id enim fabri lignarij faciunt: vt
explorent an materia sit recta. Siue opus: Ordo est: Musa
dat nostro poetę dicere res grandes: scilicet in stilo z in mate-
ria. Siue opus: subaudi illi⁹ sit. In mores. in luxū: qđ vtrūq;
ad poetā satyricū pertinet. In prandia regū: forte ad tragoe-
diam de atreo z thyeste alludit: de qua infra in quinta satyra
si quibus aut progne: aut si quib⁹ olla thyeste feruebit. Ecce
modo: in eos poetas inuehitur: qui cū parua nesciant descri

Satyra

Ausonius.
Martial.
Juuenal.

bereres magnas et heroicas aggrediuntur: inferentes quædam
græca suo poemati: quæ admodum Ausonius frequenter. Mar-
tialis et Juuenalis raro. Ecce inquit. Videmus modo quos-
dam poetas. Solitos nugari græce (idest qui græca quædam
verba et sententias suis carminibus inserunt. aut græci. idest
ad morem

græcorum. Et Nugari solitos græce: nec ponere lucum
ferre sesus Artifices: nec rus saturum laudare: vbi corbes.
heros) idest Et focus. & porci. & fumosa palilia fœno.
est sententias carminum: Vnde remus: sulcoque terens dentalia quinti:
ni heroico

Horatius.

conuenientes. Nec artifices) idest peritos. Ponere) idest ad
describendum. Lucum. i. siluam aliquam sacram. Nam lucum semper
persequitur consecratio: etiã in sacris litteris. Horatius in poemate
purpure late qui splendeat vno et alter assuitur pannus:
cui lucus et ara dianę describitur. Nec artifices ponere rus sa-
turum) idest omnibus refertum que ex agro proueniunt. Ubi
idest in quo rure siue villa. Sunt corbes) exceptorij mes-
sum et vuarum. Et focus) locus vbi acceditur ignis. Et porci) ad-
niles scilicet et cohortales. Et palilia) festa de palis deę pasto-
rum: in quibus vt historici tradunt Roma cõdita est: hoc est quæ-

Quintus.

admodum dicit Quintus in quarto pastorum decimo kalendas
maias. Fumosa fœno) quia pastores in festis deę palis: ex fœ-
no pyras faciebant: illasque trãsiliabant. Quintus. morosque per
ardentes stipule crepitantes acervos trãticias celeri strenua

Tibullus.

membra pede. et Tibullus ille leuis stipule solenes potus acervos
uos accendit: flamas trãsilietque sacras. Unde idest a quo rure
siue pallibus: remus filius martis ex illa silua gemellus cum
romulo fuit: ac per hoc significat omnem nobilitatem romanam
ex pastoribus fuisse propagatam. Et tu o quinti) subaudi fuisse.
Hic fuit. L. quintus cincinnatus: qui dicitur. Q. minutius cons-
ulem in algido more obsessum a volcibus expeditur: quo nego-
tio intra .xvi. dies confecto ad rem rusticam rediit. Terens den-
talia sulco) idest atterens vomerem arando qui in aratro dentalia
aperitur: vnde et seranus cognominatus est. quoniam quo tempo-

re venit illi infidus q̄ erat creat⁹ dictator: serēbat agrū. **Uergilii.**
 gili⁹. vi. cū. z te sulco serane serentē. **Lum**) idest quo tempore.
Uxor) ca cerelia vocabatur. Sidonius apollinaris est auctor **Sido. apol.**
 si te inquit tantū cūcinnati dictatoris vita delectat: cereliam
 ducito quē boues iungat. **Trepida. i. festina.** Induit dictaturā
 idest illi

Quā trepida aēte boues dictaturā iduit vxor: **gnia dicta-**
 Et tua aratra domū lictor tulit. **Euge poeta.** toris. (ante
 Est nunc brysei quem venosus liber acci: boues) q̄b⁹
 Sunt quos pacuius: & verrucosa moretur **lūctis ara-**
 Antiope xerunnis cor luctificabile fulta. **bat. Et li-**
 ctor). i. via-
 tor q̄ attus

lit illi nunctū dictaturę. Tulit domū tua aratra). i. retulit in
 domū tuā: cū neq; famulū neq; seruū haberet. erant autē lictō-
 ctores qui p̄ferebant insignia magistratū. **Euge poeta.)**
 cum ironia legendū est. q. d. ego nescio cur debeas poetę nos
 mine gaudere: cū nihil tale describere scias. **Est nunc brysei**
 eos reprehēdit q̄ admirātur poetas antiq̄ssimos eosdēq; imi-
 tātur: cū recētores cōtemnāt. **Est nūc)** subaudi aliq̄s. **Quē li-**
 ber venosus) idest turgid⁹ z inflat⁹: q̄ in carmine vitiosum
 est. **Acci p̄ accij** poetę antiq̄ssimi z qui iā inter obsoletos cō-
 putātur (z) pete ab inferiorib⁹. **Moritur** idest detineat. i. sunt
 q̄ illū admirētur: nā ea quę miramur detinent nos. **Brysei)** a
 baceho q̄ dicit brysei cognominati. poetę autē in tutela bac-
 chi z appollinis sunt. **Sūt** etiā subaudi quos **Pacuius** poe-
 ta etiā antiq̄ssim⁹ scriptor tragoediarū ex brūdisio italie vr-
 be. **Et antiopayerrucosa).** i. tragoedia **Pacuii** q̄ inscribitur
 antiopa citaturq; a **Licerone** in primo de finib⁹. z a **Paiscia;** **Licero.**
 no: z **Marcello** cōplurib⁹ in locis quā verrucosam appella- **Paiscia a**
 uit. idest asperam et inegalē: quod ad poematis vitupera- **nus.**
 tionem spectat: sicut econtrario molle atq; deductū carmen **Marcell⁹.**
 ad laudem. **Fuit autem antiopa** nictē regis lesbiorum filia:
 ex qua cum **Juppiter** zethum z amphionē procreasset: a **ly-**
 co eius coniuge atq; **Thebanorum** rege repudiata est: atq;
 in illius locum **Dirce** superinducta. quę cum **dīu antiopā** in

Satyra

suspitionem pellcatus verasser: tãdem a gemellis: quos ex
 ioue antiope pepererat in vltionem matris equis indomitis
 alligata atq; distracta est. Fulta cor luctificabile: idest habes
 cor luctuosum fultum ⁊ sustentatum. Verumnis: idest labo-
 ribus: quos sub pellice passa est. hic versus aut est Pacuuij.

Pacuuij.

aut ex illi⁹
 verbis for- Hos pueris monit⁹ patres infundere lippos
 matus: a Cũ videas: q̄ris ne vnde hec sartago loquẽd⁹
 Persio ve Venerit i linguas: vnde istud dedec⁹: in quo
 ro nũc in- Trossulus exultat tibi per subsellia læuis:
 terpositus: Nonne pudet capiti nõ posse pericula cano
 vt ostendat
Pacuuij Pellere: qn tepidũ hoc optes audire deceter⁹
 duriciã va

titatemq; in carmine. Hos pueris: sensus est cũ filij patres
 audiant poetarum veterũ carmina laudantes: et ipsi quoq;
 talia admirantur: talesq; euadere laborant. Cum videas pa-
 tres lippos: idest in iudicando de authoribus cecos. Infun-
 dere hos monitus: idest instillare talia p̄cepta. Pueris: idest
 filiis suis. Queris ne? quasi dicat non est necesse querere: cũ
 ratio sit in promptu. Hec sartago loquendi: idest lingue stris-
 dor: qualis ex sartagine cum aliquid frigitur sonat. Venerit
 in linguas: idest in sermonem filioꝝ. Et istud dedecus: idest
